BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

ANTIQVITATES VRBIS PER ANDREAM FVLVIVM ANTIQVARIVM. RO. NVPERRIME AEDITAE.

D. Ioannis Fuluii endecaſylla bon Ad lectorem.

Quiſquis romuleæ vetuſta terræ
Affectas loca noſſe/cum trophœi-/
Arcus/& ſtatuas/deumq; templa,
Circos/& fora/curias,theatra,
Thermas/balnea,porticus,columnas/
Fontes/naumachias/lacus/cloacas,
Hoc(ſi legeris)explicat volumen.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

VNiuersis & singulis ad quos hæ nostræ literæ peruenerint, salutē & apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius Andreas Fuluius Antiquarius Romanus, librum de huius almæ Vrbis Romæ antiquitatibus composuerit, atq; in eiusmodi rebus inuestigandis perquirendisq; omnem diligentiam studium & curam, non minimo cum labore adhibuerit: in eoque ætatem suam fere totam consumpserit: Nunc autem ad communem omnium utilitatem & delectationem, opus hoc suum imprimi curauerit, in manusq; dari uelit: Nos æquum esse censentes, ut ex laborum huiusmodi uirtutumq; suarū meritis, aliquem gratiæ fructum a nobis consequatur: Omnibus & singulis librorum impressoribus, quicunque & ubicunque locorum illi fuerint. ipsamq; imprimendi artem, quouis modo exercuerint, sub excommunicationis latæ sententiæ, nostris uero & S. R. E. mediate uel immediate subiectis, pecuniariis præterea nostro arbitrio imponēdis, & Cameræ Apostolicæ applicādis, ac amissionis omniū librorum pœnis, per præsentes expresse inhibemus, ne prædictum de Antiquitatibus Vrbis Romæ librum, per spacium annorum sex a tempore huius primæ impressionis connumerandorum imprimere aut imprimi facere, ullo modo audeant uel præsumant. Decernentes ex nunc auctoritate apostolica absque alia declaratione, quicunque contra hanc nostram inhibitionem fecerint, dictam excommunicationis sententiam illico incursuros. Ab eisdem uero nostris & S. R. E. subditis præter excōmunicationis incursionē, ipsas pecuniarū, librorumq; amissionis pœnas, per nostros & Cameræ Apostolicæ ministros & officiales ad quos id spectauerit, integre & irremissibiliter exigi debere prout exigi uolumus & mandamus. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. Die XV. Februarii. M.D.XXVII. Pontificatus nostri Anno quarto.

Ia. Sadoletus.



BIBLIOTECA COMUNALE (EX LATINA)

ANDREAE FVLVII ANTIQVARII RO. IN ANTIQVITATES VRBIS AD CLEMENTEM. VII. PONT. MAX. PRAEFATIO.

ANNVM Ab hinc prope nonum Beatiſſime Pontifex antiquitates Vrbis poeticis adſtrictas numeris ſcribebā Leoni.x.Pont.Max.patrueli tuo dicādas,Iniuncta mihi denuo/illo ipſo iubēte eiuſdē maſſæ cudēdæ/recoquendæq;,verum diuerſæ ſtructuræ operā liberiore ſane campo,quodā quaſi auctorio adſumptū opus recognoui,Tibi q; Chriſtianæ legis antiſtes,quaſi pręſcius te illi in pōtificatu,æq; ac per manus tradito ſucceſſurū,nouā hanc lucubrationē,ſicut priorē illi dicādā curaui. Nā cui dicarē dignior occurrit nemo.Pręcipue vbi ſummo humani generis faſtigio poſitus/oībus ,pdeſſe iā quātū vis/potes. Et qdē īſigni quadā munificētia bonarū artiū ſtudioſos ,pſequeris,Ego itaq; tāto numini addictus, tātę q; gratię ineūdę ſtudio excitatus/incœptas antea vrbis antitqates nō ītermittēs/Sæcularis āni(quē iubilęū vocāt)nuperrime ęditū hexametro carmīe libellū/ typiſq; impreſſum exibui.Inſtabat enim tūc Iubilęi annus M.D.XXV.Qui te pōtifice celebratus eſt.pateſcā ad eū vſum/more maiorū porta(quā ſcām dicunt) quæ mox inſplēdidiorē formā tua cura/& impenſa inſtaurata eſt.Ruinas vrbis īterea tuis optimis auſpiciis ,pſecutus, ab interitu vēdicare/ac litterarū monumētis relarcire operā dedi, Quę iacerēt in tenebris/niſi litterarum lumē accēderet.priſcaq; loca tū per regiones explorās obſeruaui,quas Raphael Vrbinas(quē honoris cā nomino) paucis añ diebus q̄ e vita decederet(me indicāte)penicillo finxerat. Tā & ſi nullū ingeniū ad attollēdā vrbē ſatis eſt.nec eius facies/qualis ante fuerit,exprimēdam.Sed qm̄ vrbis Ro.ob affectatū amorē/ardēti ſemper aīo ſtudioſus fui/antiqua eius loca/& quæ nūc extāt, & quæ iā eſſe deſierunt, Quorū nō nulla ante hac incognita meo marte aperui.non modo geographice,ſed ethymologice cū rerū cāis/& argumētis/abūde/ copioſe q; nō vt architectus,ſed hiſtorico more deſcribere curaui:nā fabulas dicere nō eſt cōſiliū,Et licet grandis materia paucis verbis haud facile expilcari poſſit, nā Demoſthenis,& Ciceronis oīones eę feruntur optimæ eſſe/ quæ maximæ.& Romana hiſtoria q̄is lōga ſemper placet/ac delectat. p virili tñ/& quod oculorū percœpi fide ſcribēdū curaui.Pluris eſt inquit plautinus miles oculatus teſtis vnus/qui ſe vidiſſe dicat.q̄ auriti decē. Nullū enī opus ſine fide/& cautitate recte fieri pōt. Verū quis tam cōfuſa loca/ & vrbis ma

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

gnitudinẽ,& temporũ varietates comprehendere poteſt: vt profecto mihi non minus difficultatis habere videatur vrbis/q̃ orbis deſcriptio: Cum ſæpius diruta/ſæpius inſtaurata ſint oĩa/vel ciuilibus bellis euerſa,vel incẽdio abſumpta vel barbarica manu afflicta/nunq̃ poſtea in priſtinã formã ob laboris nimietatẽ inſtaurata ſunt. Direpta deinde vrbe oĩa/quæ ad ornatũ eius poſita erãt ab hoſtibus ſublata dicuntur, Marmora vero cũ titulis,ne memoria ad poſteros peruenirẽt,partim direpta,aut hoſtiũ malignitate cõminuta/partim ĩcalcẽ decocta abiere. paucis admodũ ante oculos ciuitatis ad dolorẽ & vetera refricanda vulnera relictis. Quid q; antea & quicquid ornamentorũ reliqui erat,aut a Vandalis in africã deportatũ aut a Theodorico Rauẽnam, aut a Conſtãtio ereptũ in mari ſiculo periit, vt omittatur flebile Neronis incẽdiũ,quo periit quicquid nobile in Vrbe fuit. Illud pręterea obſeruãdũ/pluribus ãnis/qbus ſub barbaro; Imperio Italia fuit/ eã illos ad ĩternitionẽ vſq; perſecutos fuiſſe palã ẽ, vnde latina lingua ad multa ſæcula deprauata permãſit, Inoluerat vſq; adeo bonarũ artiũ neglectus pridẽ vt latinus ſermo penitus ignoraretur. Vel ex hoc intelligi poteſt q; extãt hodie pleraq; illorũ apud nos vernacula vocabula latinis vocibus ad corruptelã mixta: Quodq; peximũ eſt in nõnullis ſeriis, & grauibus rebus eã verborũ colluuionẽ appellãt ſtylũ. Periere quinimmo volumina librorũ nõ ſine magna poſteritatis iactura, Ex quo rariſſimi extiterunt geſtarũ rerũ ſcriptores/iiq; ſemibarbari, & parũ ĩtegræ fidei, Quorum incuria,& negligẽtia multa deſiderãtur. &quæ pauca extãt miraculi loco habentur in tãto rerũ turbine,& cõfuſione, vbi inuoluta veritas in alto latet/Argo/Oedipoq; perſcrutãda. Vnde & difficile eſt ea ſcire/ Quorũ nulla extat apud poſteros memoria,quę oĩa ĩ lectoris aĩo reliquo. Accedit ad hoc/q; vno in loco tẽporũ ſupputatione,interpoſitis annis,plura/& diuerſa ſint cõdita ædificia,vt iuxta forũ/ & viã ſacrã domus Cæſaris dict. deinde porticus liuia,nouiſſime vero templũ pacis. Ex vetuſtis aũt manẽt adhuc aliqua integra,& notæ ſignificationis,vt pantheon. Quædã ſemidiruta, vt coloſſeũ vulgo notũ,nõnulla penitus abolita , vt domus aurea Neronis incõpertæ magnitudinis. Satis enim cõſtat oĩa hoſtili manu obliterata,antiquata,ac prope extincta,& abolita. Quorũ vix vnũ/ aut alterũ ſupereſt. Et his quę caſu quodã reliqua ſunt/ſat magnũ indicium ſceleratianimi apparet,q; in his,quæ diruere nequiuerunt/ ob operis magnitudinẽ quaſi ſtigmata quędã perpetuę notę inuſſerunt,ſcalpro lãcinarunt oĩa,& nihil intactũ a fœda vaſtitate reliquerũt. Ex veteribus aũt. Quedã adhuc priſcas retinẽt appellationes vt mõtes, Aliqua vero nouas/vt portæ ſed vt diſcãt qui ignorãt, Placuit per trãſitũ recẽtiora quędãloca attingere/vt

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

minus cognita / ac parum trita & languidæ fidei uetera his contigua magis innoteſcerēt, licet omnia quæ ſupra noſtram memoriam ſunt/anti qua dici poſſunt, & quotidie quæ latēt inueſtigantium opera / in lucem prodeunt,unde & ſuperioris ſęculi ſcriptores/q; hæc ignorauerint/ab his/ qui poſtea ea pateſacta uiderint,uelut rerum imperiti/ inſcitia notabun/ tur. Nec prætereundū cenſeo/ nihil pedibus calcari / quin antiquitatum ueſtigia offendātur. Verum ita ruinis omnia oppleta/& operta/ut difficil lime internoſcantur, unde eleganter (meo quidem iudicio) definiſſe ille uiſus eſt,qui dixit,nos hac ætate habitare in tectis/cum plęrunq; in funda mentis effoſſis nouarum ædium uiæ ueteres ſtratæ ſilicibus reperiātur. Sed imperita multitudo in his anicularum fabellas & deliramenta / po/ tiusq̄ doctorum uirorum ſimplicem/ac nudam ueritatem ſectatur. Atq; ideo addidi/ne quis uulgi magis famam ſequeretur, q̄ hiſtoriam, quæ ru more utiq; uulgi uerior reperitur. Verū quot capita,tot ſentētiæ, nā quę ſemel altius inſedit opinio/& pertinax contumacia/haud quaq̄ tolli pōt. Et ſi ſcio ſcriptorum / qui etiā extra omnem aleam poſiti ſunt/neminem eſſe ſine calumnia /facto quinimmo uirtutis experimēto/nec deſinit/qui bus Alabaſtrus unguenti plena putere uideatur. Fere nemo eſt/qui non acutius/atq; acrius uitia iudicet / q̄ ea laudet, quæ recta uideat. Et in alie no opere iugenioſus ſit, aut quid perperā poſitum deprehēdere impēdio ſtudeat,q̄ bēlle quid actum comēdare, nam difficile eſt omnibus placere, & mentes hominum cognoſcere. Potuiſſem ideo definere ni mens paſce/ retur opere. nam nihil agendo male agere diſcitur, Nihil enim libero ho/ mini turpius/q̄ ocio/& deſidia uitā traducere,neq; habere uitæ argumen/ tum præter annos. Exiguum nobis uitæ curriculum natura circumſcri/ pſit,immenſum gloriæ,nam uita uigilia eſt,& dum iſta muſitamus, pluri bus annis uiuimus,& illa mirādo non ſatiamur. Appelles inquit Plinius tanq̄ inchoata arte, & imperfecta agebat / ut cōtra iudiciorum uarietates ſupereſſet artificis regreſſus adueniam,uelut emendaturo quicquid deſi deraretur,ſi non eſſet interceptus.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

INDEX OPERIS PER ORDINEM LITERARVM.

CAPITA PRIMI LIBRI.

De natali Vrbis.
Qua ætate Romulus, & i qua orbis regione Vrbem condiderit.
De concione Romuli ad milites, & decretis ab eo constitutis.
De mœnibus.
De Pomærio.
De Portis/& Viis.
De regionibus Vrbis.

SECVNDI LIBRI.

De septem mõtibus, ubi prisca Roma prius condita fuit.
De colle hortulorum/qui nunc Pincius dicitur.
De monte Citatorio. Cinciorum/ & Iordano.
De monte Vaticano.
De monte Ianiculo Trãstiberim.

TERTII LIBRI.

De Tiberi fluuio.
De pontibus Tiberis, & Anienis.
De aqueductibus, & aquaꝝ gñibus
De Thermis.
De Naumachiis.
De Cloacis.
De uico Tusco.
De foris antiquæ Vrbis.

LIBRI QVARTI.

De Arcubus triumphalibus.
De Theatris, & Amphitheatris.
De Circis.
De porticibus.
De Columnis/& obeliscis.
De pyramidibus/& sepulchro. C. Cestii.
De Metis, Cœmiteriis, & Septizoniis.
De Collossis.
De Statuis, & Simulacris.
De Curiis, & Senatulis.
De Græcostasi.
De Comitio, & Comitiis.
De Gymnasiis.
De Bibliothecis.
De noua librorum impressione.
De Vestibulis & Atriis.
De carcere Tulliano, & Marforio.
De carcere plebis Ro.
De mõte Testaceo/& Hippodromo
De Naualibus Tiberis.
De Horreis, & Salinis.

LIBRI QVINTI.

De Basilicis, & templis.
De templo Romuli.
De templo Pacis.
De diuersis concordiæ Templis.
De templo Telluris.
De æquimelio/& area Cassii.
De bustis Gallicis.
De Carinis.
De domo aurea Neronis.
De Campo martio.
De insula Tiberina.
De ornamentis Martii campi.
De Mausoleo Augusti.
De antiquo horologio Martii cãpi.
De Septis Campi Martii.
De templo Isidis.

BIBLIOTECA COMUNALE ROMA